Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26062
Copyright: Admont, Benediktinerstift

Incipit liber xxx. de consilio Grecorum in templo Minerue.

Conuersa igitur tota quasi Ciuitate. Rex Agamenon in magno templo Mi
nerue Omnes maiores Grecorum exercitus statuit conuenire. Quibus conue
nientibus statim ibi Agamenon de duobus eos sollicite requisiuit. Vno scilicet
si sit fides illis quorum opere Greci sunt facti uictores et domini Ciuitatis
videlicet Antenori et Enee. Alio quis modus sit et forma seruanda in diuidendis spo
liis diuitiis et thesauris ex ciuitate quesitis. Sed Grecorum responsio fuit il
la ut Troianis videlicet Antenori et Enee pro pactionibus factionum seruanda sit fi
des per quos Greci domini facti sunt Vrbis et omnes opes a Ciuitate quesite
in publicum ueniant communiter distribuende per omnes secundum uniuscuiusque status merita et la
bores. Sed Thalamonius Aiax adiecit helenam morti dandam per quam tot mala
Greci tantis temporibus subierunt. Cuius consilio multi ex ipsis Regibus adheserunt.
Et uix Agamenon et Menelaus tunc helenam defendere potuerunt. Cum
maior pars Regum exterminium helene unanimiter conuenisset. Verum
Rex Vlixes in contrariam declinando sententiam intantum suis sermonibus et ordi
nato modo loquendi predictos reges induxit quod eorum mutata sententia in liberatione
helene omnes concorditer concesserunt. Et Agamenon penes Reges ipsos tunc in
stantiam extitit et curauit quod est Cassandram regis priami filiam Reges ipsi in
sui laboris premium concesserunt. Non diu tamen ipsorum Regum consilio dissoluto in
Antenor et Eneas accesserunt ad eos exponentes eisdem qualiter Androme
ta et helenus filii Regis priami semper dissuaserunt Troianis Grecorum scandi
la et eorum inimicitias detestari quorum tractatu fuit liber. Corpus Achillis
et Antilogi funerarie traditum sepulture. Quare petierunt eos ut pote di
gnos a custodia liberari quod a Regibus liberabiliter fuit concessum. helenus autem
pro duobus filiis hectoris et Andromeca similiter per eisdem ut pote patruus
pro nepotibus et mater pro filiis. Reges ipsos humiliter deprecantur de liberatione
ipsorum. Quod et Reges similiter annuerunt nec non et Pirrus qui detinebat eos
dem qui satis primo instabat eos morti tradendos. Statuerunt etiam et tunc quod
Omnes nobiles mulieres que a mortis laqueis euaserunt libere permitta
ntur abire et standi uel eundi libere puelle eorum habeant facultatem. Disposuerunt
preterea et ipsi a Troia recedere. Sed tanta maris tempestas inualuit quod non
ualuerunt per mensem integrum nauigare et cum non diu tempestas marina quie
sceret. Greci super hoc ab Antistite Calcas diligenter explorant impedimenti causam
eorum Vnde tam grauis culpe causa processit sic per diuinos. Quibus Calcas sic dixit
hoc eis accidere propter furias infernales pro eo quod non dum est Achillis anime sa
tisfactum qui in templo appollinis interfecti. Immolandum est igitur diis ipsis de ea per
quam mortem subiit que usque nunc remansit inulta. Pirrus igitur diligenter
exquirit quondam de pollisena sit factum que de Achillis nece fuit causa penitus in